



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Augustinus Ota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

ceptum, conspectis admirandi splendoris templis.

P. Matthias Burnatius.

In Scholis, & Seminarijs, iuventutis ingenium ac mores aptè formabat, sed animos ad fidem frugemque longè aptissimè in ijs quas passim habebat sacris expeditionibus per Bohemię missionibus: in quibus multos orthodoxæ veritati addixit; ea propter à rusticis hæreticis irruentibus, & Sacerdotem se ad supplicium quærere vociferatis, capite vulneratus, furcâ fossus, glande plumbeâ de sclopo missâ confectus est.

Augustinus Ota. Novitius.

A Bonziorum institutione anno 15. ætatis ad Christi disciplinam transijt. Camboënsi ædi sacre aliquandiu ser-

*German^o.
in Bohemię
missionibus.
9. Aug.
1629.
Soc. 40.*

Fides.

*Iapon
Ikoniscima.
10. Aug.
1622.*

Fides.

seruiuit; & Sacerdotis (cùm abesset) vices, quâ licuit, populo in fide confirmando, suppleuit. Nangasachi vxore mortuâ viduus, operam suam Societati addixit, fidelis catechista, & operarius impiger. P. Camilli Constantij comes, in carcere Ikinoscimano Societatem à Præposito Prouinciali per literas impetrauit, à Camillo commendatus atque admisus; & postridiè in fidei odiû cedendus, vota, de Societatis more, concepit. Camillus flammis, Augustinus ac socij securi cecidère, corpore in mare abiecto.

P. Matthæus Grimes.

Magnâ impigritate, periculorumque contemptu in Anglia sagax, & ad sacras operas planè factum ingenium,

*Gallus.
Londini.
11. Aug.
1650.
ætat. 42.
Soc. 18.*